

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Rector Academiae Roztokiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Prof. Reverendi Capituli Lubec. Syndicus, ac p.t. Iurid. Facultatis Decanus. Ab Impiis Bacchanalium Feriis Et Turpi Luxu Cives Academicos serio dehortatur: An. cl Ic XLVI**

Roztokii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734816766>

Druck Freier  Zugang



RU Progr. 1645 + 1646

1) Johann Quistorp

2) " "

3) Herr. Schückmann

4) " "

5) Johann Quistorp

6) Schütze 1646 Bacchanal

7) " " resurrexio



6  
Dyke  
PROGRAMMA

*Quo*  
RECTOR

ACADEMIÆ ROZTOKIENSIS

NICOLAUS Schütze /

J. U. D. & Prof. Reverendi Capi-  
tuli Lubec. SYNDICUS, ac p. t. Ju-  
rid. Facultatis DECANUS.


*Ab*

IMPIIS BACCHA-  
NALIUM FERIIS ET  
TURPI LUXU

CIVES ACADEMICOS *serio*  
*dehortatur:*

AN,

clō Ipc XLVI,



ROZTOKII

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typographi.*

PROGRAMMA

LECTOR

Academia Rostockensis

NICOLAUS GRIFFITH

J. D. & Prof. Reverend. Cap.

Philippus SYNDICUS

in hunc modum

IMPLIS BACHHA-

WILLIAM FERRETT

TRIPLEX

DE ADAMANTO

et

DE

DE

5

ROZOKII

in hunc modum



Esta corymbiferi redeunt petulan-  
tia Bacchi,

Germani in furias sepatiuntur  
agi.

Quæque superstitio quondam trie-  
terica fecit,

Annua Christjanus vix satis esse putat.  
Evoe Bacche fremens bacchantum turba vaga-  
tur:

Liber io magna voce triumphante canit,  
Tempora, communis vox est, genialia vertunt,  
Queis hominem non est, mentis egere, pudor,  
Indulgere juvat Genio, miscere tumultu  
Omnia: quod ventri jam liber, omne licet,  
Mentita sub veste vagum discurrere vulgus,  
Et larva vultus dissimulare decet,  
Ambitiosa frequens agitet convivia civis:  
Molliculis certent femina virque jocis.  
Jam sepelire dies (tetrici procul este Catones)  
Jam juvat & noctes pervigilare mero.  
Illecebris calicum pro libertate trahamur.  
Quis scit an adjiciant crastina fata diem?

Heus puer ingentem nobis cratera corona,  
Non cyathis, totis mergimus ora cadis,  
Nemo turpe putet quenquam deponere vino;  
Depositus quicquam nec sibi turpe putet.  
Bacche bimater ades, tam festa luce madere  
Nil pudet, errantes & male ferre pedes.  
Carnifices animi procul hinc discedite curæ:  
Odit enim Semeles tristia verba puer,  
Nunc interque jocos par est, & ludicra Bacchi  
Atque meras inter vitam agitare rosas,  
Lætæ Lupercales instaurent compita ludos,  
Turba puellarum ducat ubique choros.  
Quæ (nec in obscuro est) vetitos exercet amo-  
res,

Liberior solito femina tractet opus,  
Nil metuat sancti fines transire pudoris,  
Et Cyprios inter luxuriare greges,  
Exultet venter, gula luxuriosa triumphet,  
Instituit Siculas festa culina dapes,  
Cæna squammigeræ gentis stragesque ferarum,  
Prandia non raræ funera cortis erunt.  
Quis non ingenium miretur nobile ventris?  
Aer, & tellus servit & unda gulæ.  
Dein condire juvat Sotadeo prandia cantu,  
Convivasque sonis exhilarare lyræ.  
Deni-

Denique ludatur pereuntibus alea numis.  
Pro se quisque patrum dilaceremus opes.  
Sic Christjana cohors ( pudor ) Anthesteria vi-  
vit,

Ceu vetus à prisco mos inolevit avo.  
O discincte nepos, terræque pudenda propago,  
I procul, & nostro turba faceffe foro.  
Mentiris nomen. non est ea regula CHRISTI:  
Non ea, quæ cœli ducit ad altra, via est.  
Ne pereas, hominis CHRISTUS superinduit  
artus,

Et tu sponte furens in scelus omne ruis?  
Nunc se factus homo parat ad jejunia CHRIS-  
TUS,

Et tu lautitias, Sardanapale, paras?  
Ille crucem, sed tu mensam comedonis anhe-  
las?

Hinc tibi perniciës nascitur, inde salus.  
Criminis ille expers exhaurit sanguine corpus :  
Tu farcis epulis, turba soluta, cutem?  
Tu reus exultas, ille orbis victima luget?  
Alterius scelus est, alteriusque dolor.  
Ille famet, tu te luxu græcante saginas?  
Tu vomitu ructas vina, sed ille sitit?



Orando vigilat, tuque evacuando culillos?  
Gens ultro in clades officiosa tuas?  
Imala progenies, terræque pudenda propago,  
Iprocul, & nostro turba facesse foro.  
Aut mox verte gradum, non est bona semita,  
verte.

Non procul à stygiæ vallè paludis abes.  
Sic Epulo dives sua Bacchanalia vixit,  
Cui lux æternam fecit adempta fitim.  
Jam nunc poela picis liquidæ, plumbique dio-  
tam

Panda reluctantis fundit in ora Satan.  
Vos Academiæ Cives, pietatis alumnos  
Alloquor, his omnes moribus este procul,  
Damnate Eleidum quicquid cors sacra profa-  
nat,

Et quicquid fieri venter a lotus amat.  
Ah subeant potius tragici spectacula belli,  
Obrutaque extremis templa domusque ro-  
gis.

Teutoniæ luxus, non ultima causa malorum,  
Nos miseros cogit multa nefanda pati.  
Hic hic in aratas armavit bella cohortes:  
Victa jacet vitio Teutonis ora suo.

Ser-

Serpentem in gremio, qui nos occidat, alamus?

Sit pudor in tantum degenerasse nefas,

Spernite degeneri convivia perditæ luxu.

Officit hæc animis corporibusque lues.

Corporis exhaurit vires, animique vigorem,

Hinc ruga, & scabie semper arata cutis.

Inde manus tremulæ, stillantia lumina, pallor,

Os fœtens, formæ damna, charybdis opum.

Inde doli, cædres, incestus, bella, rapinæ.

Ilias inde mali crescit, & omne nefas.

Ecquis enim vatum vel longo carmine possit

Dicere, quas pestes hæc Camarina movet?

Ac si sufficeret nondum, quod cædimur armis

Teutones, & bona pars ebrietate cadit.

Sic cadit, ut nunquam cœli ad penetrale resur-  
gat:

Scilicet in Stygias præcipitatur aquas.

Phu luxum! veterem phu, Bacchanalia, mo-  
rem!

Quæ prohibent oculis ora videre DEI.

Ne descendatis faciles ad festa Lyæi,

Extremum memori volvite corde diem,

PRÆ FORE JUDICIUM, quo protinus omne  
patebit,

Quod male vel dixit, vel male fecit homo.

Omni-

Omni tuens veniet quæ situm crimina Censor,  
Tunc precium facti quisque referte sui.  
Felices animæ, quos Iudex dexter habebit!  
In Styga lurcones, turba sinistra, ruent.







te. Apostolus Paulus fidus Cl  
geminat abijciamus opera ten  
mur armis lucis, sicut in die h  
non in comessationibus & ebr  
bilibus & impudicitis, non in co  
latione. sed induimini dominum  
& carnis curam ne feceritis in  
nobis inculcat hinc inde Spi  
sacro codice. Quæro ex te  
stianus dici affectas, cui nam  
cujus monitis parere debeat  
no & Salvatori, qui te carè  
te sanctificavit, & Spiritu S  
minibus, an diabolo hum  
infensissimo, carni in exitiu  
do concitato cursu in infern  
O impietatem omni sermon  
Deum vindicem justissimum  
omnis generis plagas, quib  
mania vastatur attraxit, quæ  
tentia seria averterimus, exit  
rietur. Usurpat Ecclesia hinc  
riam patientis Christi, sisti  
vincula conjectum, ad inju  
tractum, colaphis male tra  
turpatum, virgis cæsum, spi  
in crucem actum, clavis conf

mm 180 170 160 150 140 130 120 110 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 0  
inch 7 6 5 4 3 2 1 0

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A0 20 18 17 16 11  
C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9  
10 09 03 02 01

4.5 6.0 3.6 16.0

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

the scale towards document

ster in  
indua-  
lemus,  
in in cu-  
Samu-  
ristum,  
similia  
tus in.  
s Chri-  
ebere,  
Domi-  
tui qui  
nis ho-  
s hosti  
mun-  
eranti?  
Quæ  
& quæ  
a Ger-  
i pæni-  
um so-  
nemo-  
lum in  
es per-  
to de-  
atum,  
ta per-  
ossum